

Et eodem modo explicat Decius regula, in personam num. 1. ff. de regulis iuris, eam regulam idem decidentem. Et Ioannes de Molina in differentijs inter forū conscientie, & externum, differentia. 18. ait promissum seruo à domino, deberi in foro conscientie. Constat etiam ex l. non solum. 10. §. si ignorante. ff. de peculio, ibi. *An debitor vel seruus domino, vel domino seruus intelligatur, ex causa civilis computandum est.* Vbi textus supponit posse esse debitum domini ad seruum: & glossa verb. ex causa civilis, sic explicat, id est, quæ causa obligaret civiliter vnum liberum alteri libero, eadem seruum domino, & è contra obligat, licet non teneatur dominus seruo civiliter, vel è contra. Et l. nec seruus. 42. ff. de peculio, quæ definit nec seruum debere, nec illi deberi posse, explicat glossa, verb. debere, de civili debito. Et constat hic intellectus, quia seruus naturaliter obligatur: vt est textus expressus. l. naturaliter. ff. de conditione indebiti, & l. regia. §. tit. 12. part. 5. Sentit etiam expressè innocen. capit. quia plerique, de immo. Eccl. num. 1. vbi ait restituendum debitum, siue iure naturali, ac civilis sit debitum, siue solo naturali, quale est quod debetur seruo. & Anton. ibi nu. 5. vbi ait seruo posse quempiam naturaliter obligari: cum consensum habeat: atque ita si seruus aliquid acquirat, quantum id domino acquiratur, possitque

dominus sibi vsurpare, at pacto inito cum eo, vt ijs numis se redimat, id nefas esse, propter obligationē naturalem seruo quaesitam, vt constat ex l. 1. qui. 4. ff. de manumissionibus, statim in principio, vbi dicitur promittentem seruo libertatem, si suis se numis redimat, teneri. Et Abbas ibi, nu. 11. expressè dicit dominum promittentem aliquid seruo, non obligari civiliter, bene tamen naturaliter, & in foro animæ: & ita explicat, di. 1. interpositas. Tandem idem docent Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disput. 38. §. primus est; & Ludouicus Lopez lib. 2. de contract. capit. 40. pauld post principium. §. an autem, vbi cōstituit inter casus, in quibus seruo possidere proprium, fas est, hunc, si dominus cum seruo pactum inear, vt singulis diebus, aut hebdomadibus, mensibus, vel annis, certam summam ei persoluat, reliqua sibi ipsi retenta, vnde bene infert Molina, teneatur dominum stare contractu, nec posse vsurpare quæ sibi seruus eo modo concesserit. Ex his ergo constat deberi naturaliter, & in foro conscientie, libertatem ancillæ à domino promissam: at quia tantum est promissio, antequam manumittatur, non erit libera serua: ac proinde nec filij eo tempore nati: tenebitur tamen ratione dāni emergentis ex fidei violatione, donare libertate illos filios. In hoc enim damnum illatum est matri, & proli.

DE IMPEDIMENTO VOTI SOLEMNIS, & Ordinis.

DISPUTATIO VIGESIMA QUINTA.

Quæ sit differentia essentialis inter votum simplex, & solēne professionis: & in quo solemnitas illa consistat.

SVMMARYM.

Resertur duplex sententia, nu. 1. & 2.
 An in quo consistat solemnitas voti, iuxta secundam sententiam? nu. 3.
 An in voto simplici sit traditio, iuxta eandem sententiam? nu. 4.
 An sit tanti vinculi votum simplex, quantum solenne, iuxta eandem sententiam? numero 5.
 An differant specie, retenta eadem sententia? num. 6.
 Proprietur sententia Authoris, nu. 7.

Castitas, paupertas, & obedientia sunt essentialiter annexa religioni, nu. 8.
 Desideratur ad statum religionis, vt hæc tria vota aliquo firmentur, nu. 9.
 Exigitur quoque, vt in religione approbata, nec sat est modus viuendi approbatus. Et an essentialiter religionis habeatur ex illi Pontificia approbatione? nu. 10.
 Duplex est traditio, nu. 11.
 Essentialiter professionis consistit in traditione, & acceptatione, estque professio contractus, retro, citroque obligatorius, nu. 12.

Accep-

Aceptatio voti simplicis fit immediate à Deo, scilicet de solemnibus, nu. 13.
 Explicatur, ac probatur qualiter traditio fit de voti solemnibus essentialiter: & circumstantie adiectæ ab Ecclesia sint conditiones sine quibus non, nu. 14.
 Qualiter qui in societate Iesu, simplicia benedicti vota emiserit, sint veri, & ex natura rei religiosi: & in illis reperiatur traditio? nu. 15.
 Essentialiter voti solemnibus est de iure naturali, & diuino, ac solemnitas quoad circumstantias, est de iure Ecclesiastico. Et explicatur. c. vni cum, de voto, in. 6. n. 16.
 In votis simplicibus, demptis societatis Iesu, non est traditio, licet hænt in manu alicuius, nu. 17.
 Non tanti vinculi est votum simplex, quantum solenne religionis, nu. 18.
 Votum simplex, & solenne religionis differunt specie, nu. 19.
 Explicatur qualiter in voto solemnibus sit promissio, & traditio, nu. 20.
 An promissio solius castitatis in religione approbata sit solemnitas, dirimens matrimonium subsequens? nu. 21.
 An promissio facta in religione approbata, triū votorum, non obligando se illi religioni, sed religioni in genere, habeat vim voti solemnitis dirimentis matrimonium? Et enodatur c. constitutionem, de regular. in. 6. nu. 22.
 An vota seminarum, & fratrum. d. Francisci, & d. Domini, non in communi viuentium, & Heremitarum, sint solemnitas, & matrimonium dirimant? nu. 23.
 Soluuntur argumenta. Et enodatur. c. rursus, qui clericus, vel vouentes, nu. 24.

Disputaciones de voti solemnibus, & ordinis impedimentis conuenimus, quod valde sibi inuicem affines sint, & altera ex alterius intelligentia pendeat, & hunc ordinem seruabimus. Primò, de natura voti solemnibus religionis, & qualiter matrimonium dirimat, disputabimus. Secundò, de natura voti solemnibus ordinis, & quo pacto per illud dissoluatur matrimonium subsequens. Tertio, de ordinibus minoribus, qualiter cum matrimonio pugnent, & culpa sit ad illos promoueri, animo transseundi postea ad matrimonium. Quarto, qualiter liceat coniugatis, ad religionem, ordines, episcopatu, cardinalatum, pontificatum, & tranfire. Demù de damnis, quæ ex matrimonio pullulant clericis minorum ordinum, aut sacrorum,

nempe, de amissione beneficiorum, pensio num, priuilegiorum clericalium, excommunicatione, irregularitate. Initium igitur sumendo ab impedimento voti solemnibus emissa in professione religionis, disputatio prærens est de differentia essentiali inter illud, & simplex: inde enim pendet resolutio disputationis sequentis, quæ de iure, quo matrimonium dirimat, institienda est. In hac re tres inuenio opiniones. Prima sententia ait essentialiter voti solemnibus consistere in benedictione spiritali, seu consecratione, per quam professus redditur inhabitans ad opera carnis, & seculi, atque adeo ad matrimonium contrahendum. Huius sententia videtur. D. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 7. corpore, & art. 11. corpore. Sed hæc sententia communiter ab omnibus rejicitur. Quod in aliquibus religionibus promissio solemnibus professionis absque benedictione fiat, vt in societate Iesu, & in religione. D. Dominici, & in alijs. Deinde, quia professio tacita est vera, ac legitimis votis solemnibus tacite emittitur: cum tamen nulla benedictio adhibeatur. Nec. D. Th. eius est sententia: sed solum vult eam benedictionem esse cerimoniam quamdam accidentalem.

Secunda sententia ait votum solenne, & simplex eiusdem materie minimè differre per se, & essentialiter, ex ipsius voti natura, & ratione, nec iure diuino, sed solum accidentaliter, & extrinsecè, ex sola Ecclesiæ constitutione decernentis per votum solenne dirimi matrimonium subsequens, non autem per votum simplex. Ducitur primò, ex c. vni cum, de voto, in. 6. ibi, *Voti solemnitas ex sola Ecclesiæ constitutione est inuenta.* Nec potest dici id intelligi de solemnitate accidentali. Quod Pontifex rogatus quod votum debeat dici solenne ad dirimendū matrimonium: ex eo quod solemnitas voti sit ex sola Ecclesiæ constitutione deducitur duplex solum reperiri votum solenne eū effectum producens. Quali dicat, quia ex solius Ecclesiæ institutione pendet voti solemnibus natura, & Ecclesia solum admittit vt solenne, votum emissum in professione, & ordine, idè tantum est duplex votum solenne. Quæ ratio omnino conuerteret, si textus intelligeretur de solemnitate accidentali. Non enim ex accidentibus res ea definienda eret. Et confirmatur, quia sublato Ecclesiæ statu, nullum votum esset solenne, & idè femina, quas beatas vocant, licet voueant, & se tradant superiori, in cū-

ius

ius manibus vouent, non emittunt votum solemne: quod Ecclesia ea vota, tanquam solemnia non approbet: & si Ecclesia statueret, vt quodcumque votum coram tribus testibus, vel alia cerimonia emissum, fieret solene, esset vtiq. Tota igitur hæc res ad Ecclesiam institutum referenda est, nec ex ipsa rei natura pendet. Secundo, quia e. rursus, qui clericus, vel vou. air Cælestinus Pontifex, votum simplex non minus obligare apud Deum, quam solemne, vbi non intendit, vtriusque vinculum esse omnino æquale, sed esse eiusdem ordinis, in quantum vtramque traditionem importat. Tertio, quia ante tempora Cælestini III. e. rursus, qui clericus, vel vouent. & Alexand. III. c. in sinuante, & c. meminimus, eodem tit. non est in Ecclesia audita mentio voti simplicis, & solemnis. Quare D. August. Psalmo 75. cum nonnullas votorum species distinxerit, non meminit voti simplicis, & solemnis: nec Hugo de Sancto Victore serm. 33. de instit. monast. & lib. 2. de Sacram. p. 12. vbi solum diuisit votum in occultum, & publicum. Quod si Theodorus Archiepiscopus Cantuariensis, qui vixit anno 690. meminit voti simplicis, vt referunt. c. si vir. 27. d. videtur id additum ab aliquo iuris Pontificij Doctore: cum id nõ habeatur. c. si quis votum. 27. q. 1. vbi idem caput refertur. Vnde signum est, meram Ecclesiam institutionem id discrimen instituisse. Et confirmatur, quia antiquitas non erat hæc professionis forma, & fuit inuenta ab Ecclesia, ab eaq. robur accipit. Quarto, quia possent Ecclesiam autoritate constitui, vt vota, quæ nunc in religionibus approbata vt solemnia emittuntur, desinere esse solemnia, nec matrimonium potest contractum dirimerent: & tamẽ in eis reperitur eadem traditio. Et si dicas, id provenire, quia Ecclesia non recipit: iam habetur intentum, nimirum, vota solemnia non in sola traditione consistere, sed in ea, quam vt solemnem ecclesia recipit: ac proinde totam voti solemnitis celebritatem sola niti Ecclesie autoritate. Quinto, quia si quis emittat tria vota substantialia in religione, quam falsõ existimat approbatam, aut in approbata in manibus superioris nõ legitimum, animum reuera habuit se tradendi, & verè se tradidit: at non sunt vota solemnia, nec soluerent matrimonium subsequens: vt colligitur ex. c. vnico, de voto, in 6. sine: & notat Abbas ab omnibus receptus. c. rursus, ad finem, qui clericus, vel

vou. eod. quod Ecclesie autoritas approbantis, & admittentis desideretur. Et confirmatur, quia cum homo sit dominus propriae libertatis, nil obstat, quominus se possit Deo in mancipium per vota tradere: sicut se potest cui libet homini vendere: ac proinde eam traditionem non esse solemnem, ac sufficiens ad matrimonium dirimendum, non provenit ex ipsa rei natura, sed ex Ecclesie constitutione prohibentis valorem talis traditionis non acceptat: ab ipsa Ecclesia. Sexto, quia cum Deus sit vbiq. præsens, & votum simplex sit res sibi grata, censetur illud acceptare, tanquam sibi traditam, & oblatam. Regula, qui tacet, de regulis iuris, in 6. ac proinde transit in pactum, vt traditur rubr. c. de pactis, sicut in professione acceptat superior. Nõ ergo differentia inter hæc vota consistit, q. in solo solemnitate traditionis. Et confirmatur, quia non est cur Deus per se ipsum immediate non acceptet, quando soli Deo promittit: aliàs non esset peccatum fractio voti simplicis. Et si dicas, acceptare quantum ad obligationem, & religionis virtute, non tamen quantum ad translationem dominij rei promissæ in ipsum Deum. Querenda est ratio, cur Deus vnus, & non aliud vsurpet. Septimo, quia nulla alia differentia reperitur videtur inter votum simplex per modum præsentis emissum, vt voueo castitatem, & per modum futuri, vt voueome ingressurum religionem: nisi quod in hoc nulla sit rei traditio, sed promissio tradendi in futurum: in illo autem sit quedam de præsentis traditio, & exhibitio sui corporis ad abstinendum ab omni actu carnali, etiam aliàs licito. Nulla enim alia differentia apparet. Atque ideo distincta obligatio in his votis reperitur. Quippe fornicans post votum religionis, in quo in virtute castitas includitur, non peccat aduersus votum: secus autem est in fornicante post castitatis votum: cuius alia ratio nequit reddi, nisi vouentem religionis ingressum se solum promississe, at vouentem castitatem se etiam tradidisse. Nõ ergo id interest inter votum solemne, & simplex, quod in illo solo sit traditio. Octauo, quia ex nullo textu constat Ecclesiam impedire, quin possit homo suum corpus immediate Deo per votum tradere ad perpetuum continentiam seruandam: sed tantum definitur, c. vnico, de voto, in 6. eam traditionem non esse solemnem, quæ matrimonium postea contractum dirimat. Et confirmatur, quia

fi Ec-

si Ecclesia ea traditionem irritaret, nõ maneret voto castitatis strictus, qui eam vouerit animo se tradendi Deo: sicut vendes se sine solemnitate iuris impediens traditionem, nullam contrahit obligationem. Cuius oppositum constat ex. c. quidam, & c. placet, de conuers. coniug. vbi cõius professus absq. alterius coniugis licentia non ligatur professione solemnitate, bene tamẽ ea valet, vt votum castitatis simplex. Nonõ, quia Greg. XIII. in bulla cõcessa Societati Iesu anno. 1584. incipiens: A scẽdẽte domino, decedit vota, quæ post biennium emittuntur à religiosis Societatis Iesu, esse simplicia, & tamen in eis esse veram traditionem, & acceptationem Ecclesie, ibi. *statuimus, atq. decernimus tria vota huiusmodi, & si simplicia, ex huius sedis inspiratione, ac nostra etiam declaratione, & confirmatione, esse verè substantialia religionis vota, ac in dicta Societate, & quædam in religione approbata per se solum eandem, admissa fuisse, & esse, ac per nos admitti.* Ac proinde ibidẽ decernit discedentem post ea vota, subdij. pœnis apostolicis, & excommunicationis. Decimo, quia cum de voti natura sit, promissionem factam Deo esse: vt ex eius definitione constat: non videtur esse traditio in voto solemnitate, tanquam de eius essentia: aliàs nõ esset essentia alter promissio, & subinde nec votum. Cum promissio, & traditio sint: rationes contrarie, & traditio toto homine per votum solene, nil super sit, quod in posterum promittatur. Et confirmatur, quia votum emissum in ordine sacro castitatis feruente, est per se solemne, ac emissum in religionis professione: ac quantum cap. vnico, de voto, in 6. & tamen non reperitur ibi traditio alia specialis, quam in voto castitatis simplicis vt probabo disp. 27. num. 17. Vnde decimus, quia traditio habet rationem generis, & materiam in voto solemnitate: ab Ecclesia instituta ratione differentie, & forme: per illas enim completur in esse solemne: sed res non à genere, & materia, sed à differentia, & forma habet esse tale: vt homo nõ ab animali, & materia, sed à ratione, & forma habet esse hominis. Non ergo differentia specifica, & essentialis collata est inter votum simplex, & solemne, in traditione, sed in illo statutu Ecclesie, tandem, quia iusuridum solentia simpliciter non differit, nisi in hoc, quod in illo formula solentis iure præscripta reperitur, quæ hoc caret: & eodem modo discernuntur testamentum solemne, & non

solente: atq. ideo in ijs ea solemnis formula, ac celebritas non est ex iure naturali, & diuino, sed ex iure scripto. Sic igitur votum ex eo tantum solemne dicitur, quod in eo cerimonia, & formula iure præscripta adhibeatur, nec ea solemnitatis ex alio iure erit, quàm Ecclesiastico. Et ideo hanc sententiam tuentur, Scorus. 4. d. 38. q. vnica: & ibi Palud. q. 4. art. 4. conclusio. 11. nu. 49. Caiet. 2. 2. q. 88. art. 7. dubio. 1. Abulen. sis. c. 30. Numerorum. q. 109. col. 4. versic. respondendum est vt supra. Michael Medina de sacrorum hominum continentia, lib. 4. controuersia. 7. cap. 22. & multis sequentibus. Guilielmus Vorillong. 4. d. 38. q. vnica. artic. 2. concl. 1. & ibi Palacios disp. 2. concl. 2. 3. & 4. Quondam ibi. q. vni. propos. 16. Azor. lib. 2. institutionum moralium. c. 6. q. 1. & eiusdem sententia videtur omnes, quos disp. sequent. nu. 2. referam, quia afferunt solo iure Ecclesiastico dirimi matrimonium per religionis professionem. Et hæc sententiam dicit probabilem Valentia. 2. 1. disp. 6. q. 6. puncto. 5. col. 3. sed quod attinet:

Hinc inferret hæc sententia, tota voti solemnitis rationem esse iuris canonice constitutione inducã: & proinde in eo solo sitam esse, quod ius canonico instituit. Et probat ex cap. vnica, de voto, in 6. sic docet Azor. d. l. 6. in. q. 2.

Secundo inferret, omnia quæ in voto solemnitate intrinsecè clauduntur, in quantum est actus voluntatis transferentis dominium rei promissæ in Deum, esse prius equalia in voto simplici, quod in præsentem consistit, quale est votum simplex paupertatis, castitatis, & obedientie: atq. ad eam traditionem non esse magis in voto, quam in alio: Quod probant aliquot ex argumentis in 2. adductis. Et ita docent Scorus. 4. d. 38. q. vnica. & ibi Quam. q. vnica, propositione. 16. Medina lib. 4. de sacrorum hominum continentia, controuersia. 7. c. 24. ad finem. Azor. d. c. 6. q. 7.

Tertio inferret, votum simplex, quos res sensus vouetur, ex natura sua, & per se, tantum esse vinculum, quam solene, sed Ecclesie solius constitutione minorẽ vim habere. Quia æqualis est in vtroq. traditio facta Deo, & ab ipsa acceptata: differit autem, q. Ecclesia per solus votum solene dirimi matrimonium subsequens statuerit. Secus quãdo votum est promissio rei futura: minoris enim tunc est per se vinculum, voto solemnitate, in quo est vera traditio. Sic Azor. d. l. 6. q. 7.

Demum

6 Demum infero, votum simplex rei presentis, & solemnne eiusdem rei, non differre specie, sed sola extrinseca, & accidentaliter differentia. Quoniam extrinseca Ecclesia sola constitutione fecerunt. Ecclesia autem rei naturam non mutat, sed vim, & robur adiungit. Sic Caietan. 2. 2. quaestio. 88. artic. 7. in fine. Metina de Sacrorum hominum continentia, lib. 4. controuersia. 7. cap. 38. §. hinciam solemnne, & §. sequenti. Azor. d. cap. 6. quaestio. 8. Quod idem tenet Petrus de Ledesma (quoniam non sit illius secundae sententiae) de matrimonio. q. 53. ar. 2. dubio vnicō, in solutione ad. 4. & videtur tenere Valentia. 2. 2. disp. 6. q. 6. pundo. 5. fin.

7 Tertia sententia ait votum solemnne religionis consistere essentialiter in traditione auali dominij sui ipsius in manus Dei, & manus eorum, qui vicem Dei tenent: ac in eo distare à voto simplici. Quia sententiam ea parte docuisse videntur. D. Thom. 4. d. 38. quaestio. artic. 2. quaestio. artic. 3. corpore, & ad. 1. & artic. 3. quaestio. artic. 2. corpore, & quaestio. artic. 3. corpore, & ad. 3. D. Bonauen. eadem. d. artic. 2. quaestio. 1. Durandus lib. 1. q. 1. num. 7. & in solutione ad. 1. & q. 2. num. 8. Ricardus ibi, artic. 7. q. 2. corpore, Mayronis, q. vnica, articulo. 4. Capreolus. 4. d. 33. q. vnica, articulo. 2. & artic. 3. in solutione ad. 1. Scoti contra. 2. conclusionem. Deza. 4. d. 33. q. vnica, articulo. 3. notabili. 4. Carthusian. 4. d. 3. P. q. 2. Fortunius Garcia. cap. 1. de patris, num. 13. versio. quid igitur dicendum. Turres. 6. presbyteris, num. 1. & 2. d. 27. & c. 1. 27. q. 1. articulo. 2. num. 4. corpore, & in solutione ad. 3. & articulo. 3. num. 7. in solutione ad. 1. Tabiena verb. dispensatio. q. 7. n. 8. in solutione ad. 1. & verb. impedimentum, impedimento. 2. num. 5. Sotus lib. 7. de iust. q. 2. articulo. 5. col. 6. versio. igitur si opinio, & versio. sed ali. & 4. d. 38. q. 2. articulo. 1. col. 2. versio. ex omnibus & articulo. 2. in probatione primae conclusionis, & in solutione ad. 1. Petrus de Soto L. c. 1. de mat. ad finem. Couar. 4. decret. 2. part. 6. §. 4. nu. 7. Ledesma. 2. p. 4. q. 55. articulo. 1. statim in principio. Alexander Carrerius lib. 3. de sponsalibus. c. 6. ad fin. Celsa. 4. d. 37. q. 4. & d. 38. q. post. 7. argumentum. §. vltimus est notandum. Viguerius lib. institutionum. c. 16. §. 7. versio. 9. impedimento 3. Stunica de voto. q. 6. nu. 99. Matienço lib. 5. recopil. tit. 1. rubrica. glossa. 1. num. 7. Vega in sua summa casuum. c. 49. statim

in principio. Henriquez lib. 12. de matrimonio. cap. 5. num. 3. & 4. iuncto commento, litera. R. Barbosa rubrica. fil. soluto matrimonio. 2. par. à num. 93. v. q. ad. 100. Aragon. 2. 2. q. 88. articulo. 7. Vgolinus de sacram. vbi de matrimonio. cap. 19. num. 4. Valentia 2. 2. disp. 6. quaestio. 6. pundo. 5. colum. 3. §. sed quod astringit, & 4. par. disp. 10. de matrimonio. quaestio. 5. pundo. 3. in impedimento voti. Viualdus candelabro sacram. 1. p. vbi de matrimonio. num. 129. Petrus de Ledesma de matrimonio. quaestio. 53. articulo. 2. dubio vnicō, conclusionem vnica. post. 6. probationem; & in solutione ad. 5. & 6. Bartholom. de Ledesma de matrimonio. dubio. 32. concl. vnica. & dubio. 33. statim in principio. Ludo. Lopez. 2. part. instructio. 7. de matrimonio. cap. 48. colum. 5. §. circa praedictam doctrinam, & in solutione ad. 1. Grass. 2. part. decisio. num. lib. 2. cap. 12. num. 40. Vega. 2. tomo summa cap. 57. casu. 21. Et hanc quoque differentiam inter votum simplex, & solemnne, agnouere quidam alij antiquiores, quoniam iure solo humano dirimi matrimonium subsequens per professionem asserant. Hi sunt, Ioannes And. c. vnico, de voto. in 6. num. 1. & ibi Archid. num. 1. Anchar. num. 2. notabili. 3. Dominicus. num. 10. idem Archid. cap. fin. num. 3. d. 17. Card. clem. vnica, de consanguin. numer. 19. quaestio. 24. Alfisdorensis lib. 3. summa, tractatu. 28. cap. 2. quaestio. 5. quaestio. incipit, de simplici voto versio. quod votum solemnne. Brunellus de sponsalibus, conclusio. 31. numer. 2. Quoniam autem haec sententia multis Authorum testimonijs corroborata sit, ad eam tamen argenti, & Auctoritas Pontificum, & rationes pro secunda sententia allatae, vt ab ea minime recedendum putem, sed ea omnino tenenda est tanquam probabilior, & decretis Pontificum congruentior.

8 Sed vt videantur fundamenta huius tertiae sententiae, & corollaria, quae ex illis inferunt eius defensores, vt vel sic facillius & melius impugnetur, oportet aliqua praemittere. Primo, iuxta hanc sententiam praemittendum est, castitatem, paupertatem, & obedientiam esse annexa essentialiter statui religioso, ita vt sine illis consistere nequeat. Quia religiosi status est, ad perfectionem anhelare, eiusque adipsam a neruis omnibus incumbere: ad eam autem adipsam, desiderat animi aulso ab ijs omnibus, quae non modico obstaculo sunt, ne religiosus expediat in Deum feratur: qualia

sunt,

sunt, veneratorum usus, tū ex vehementi delectatione, qua animū ad terrae rapiditate etiam, ex cura familiae, filijsque prouidendi, quae varijs curis, sollicitudinibusque animū obruit: Cupiditas bonorum temporalium, ac propria voluntas. Quae tria votis castitatis, paupertatis, & obedientiae concen-
9 tur. Praeterea, quia per professionem, nuncium profus remittit saeculo religiosus, moriturque mundo, & ad vitam spiritualem se transferit omnino, mancipans se Dei obsequio. Quod nequit simul stare cum matrimonio, in quo incumbit necessitas prouidendi uxori, & familiae. Quare Apost. 1. ad Cor. 7. ait: *Qui cum vxore est, sollicitus est quae sunt mundi, quemadmodum placeat vxori, & diuisi-*
10 *sumus. Vnde nomen monachi ab unitate sumitur, per oppositū ad diuisionem praedictam. Quod etiam docetur. c. 16. q. 1. ibi. Placuit omnibus residentibus in sancta Nicena Synodo, vt monachorum conuersatio, & vita secundum* *Etymologiae nominis ab omnibus discrepet. Monachus enim Graecè, Latine singularis dicitur. Et melius, c. placuit, e. l. 2. cad. quaestio. 2. p. est ex Eugenio Pontifice, vbi monachis omnino interdictum negotijs etiam spiritibus libere extracurru vacare. Et redditur ratio, ibi. *Quod modo mortuus est, Deo autē vivit. Atque ita natura huius status petit, vt nullo sibi reseruato dominio transferatur quousque in Dei potestate, cuius obsequio omnino per eum statum se dedit.**

Secundò praemittendum est, desiderari quoque ad religiosum statum essentialiter, vt haec tria voto aliquo firmetur. Quod docet. D. Tho. 2. 2. q. 186. articulo. 3. quae vniuersi sequuntur. Et ratio est, quod status perat immobilitate, & obligatio operis ad illum statum pertinētis solemnitate aliqua firmatur. (Vt probat. D. Tho. 2. 2. q. 183. articulo. 1.) Vt constat in statu coniugatorum, & Episcoporum. Sicut enim inter homines, vt quisquam ferui, aut liberi statum adipiscatur, desiderat obligatio aliqua, aut absolutio. Non enim seruus quisquam efficitur, aut liber, quod seruiat, aut ferui, quod ferui seruire desinit. Sic in spiritualibus ad statum desiderat immobilitas, & obligatio aliqua.

10 Tertiò praemittendū est, requiri, vt tria praedicta vota constituat verū religiosum, ea emitti in religione approbata pro tali à Sede Apostolica, nec satis esse, vt modus videndi approbatus sit, nisi tanquam vera religio approbetur. Quod bene docent gl. clem. cum ex eo, verb. tertio, de sent. ex-

comm. Abb. rubr. de regular. nu. 1. Angelus, verb. religiosus, num. 1. Syl. religio. 1. q. 1. Armilla verb. religio, num. 4. Naua. in antiqua editione. c. non dicatis. 12. q. 1. nu. 13. 14. in noua vero commentario. 1. de regularibus, quod est super. c. cui portio. 12. q. 1. num. 18. corol. 23. Haec autem Pontificis approbatio non est institutio religionis, nec de eius essentia, sed exigitur vt cōditio, sine qua non, quatenus integrū est Pontifici impedire, ne haec, vel illa tanquam vera religio habeatur: & exigere conditiones in professione petitas, quae vota sint solemnne. Quod ex eo constat quia essentia religionum in Euangelio fundamentū habet: atque adeo ex hac parte non indiget religiones Pontificis approbatione. Quare sancti. Antonius, Basilus, Augustinus, Benedictus, qui fuerunt auctores religionum, nullam Pontificiam approbationem requirere: nulli enim legatur eam esse quaesitam quia nondū erant ius Ecclesiae cum id praecipiens. Postea vero prohibita est noua religionis institutio absque Pontificis approbatione. c. finali, de religio. domib. & capit. vnico, eo tit. in 6. Et ita docet Beilamin. lib. 2. de monachis, & capit. 4.

11 Quartò praemittit defensores aliqui huius tertiae sententiae, duplicē esse traditionē, quādam per se ipsam, & solemnne, quae traditio semetipsum priuat totum corporis dominio, & ex consequenti per se, & ex ipsa rei natura inhabilem reddit ad transferendum dominium sui in alium. Alteram autem esse non perfectissimam, neque solemnem, quae nimirum reddit personā subiectam, ac mancipatam illi, cui traditur: at non priuat tradentem omnino dominio, nec incapacem efficit ex vi illius traditionis, quin validē, peccando tamen, transmittat sui dominium in alium. Et huiusmodi (inquunt) est traditio, qua religiosi Societati Iesu finito probationis biennio tradunt se Societati per tria vota simplicia. Sunt enim eapae dominij acquirendi, ac per se, & ex natura rei contrahendi validē matrimonij: nisi obstat noua Gregorij XIII. constitutio, quae illud irritauit. Iuxta hanc tertiam sententiam votum simplex & solemnne ipse differit secundū diuersitatem traditionū supra explicatam.

12 Quintò supponendū est, id quod dicitur essentia voti solemnne consistere in traditione, non ita accipiendū esse, vt constitutur haec traditio in ipso solo voueris actu

quasi

quali ille adus sit ex sola sui ratione, intrinsecè, & essentialiter adualis donatio, &ue translatio domini sui ipsius: ad differentiam actus, quo emittitur voti simplex. Quia si solum actû attendamus, quo quis vouet solemniter, nil reperimus essentialiter in illo, quod non reperitur in actu voti simpliciter rei præsentis, vt quo vouetur castitas. Sicut enim vouens solemniter, obstrigit Deo totam suam personam, & totam suam operandi facultatem, ad castitatem seruandam: ita etiam vouens simpliciter. Sed consistit essentia voti solemniter in traditione facta per ipsum vouentem, & à Deo acceptata. Itaque ad plenam voti solemniter rationem requiritur essentialiter, traditio ex parte vouentis, & acceptatio ex parte Dei. Constat, quia matrimonium carnale non perfitur sola traditione alterius coniugis, sed essentialiter postulat acceptationem alterius, cum sit contractus mutuos. Ergo similiter matrimonium perfectum spirituale, quod professione religionis inirit, vtromque essentialiter desiderat. Et confirmatur, quoniam professio non est contractus gratuitus, instar voti simpliciter, sed est contractus onerosus, vltro, citroque obligatorius, quo professus fidem suam astringit Deo, & obligatur religioni, & religio ipsa Dei nomine obligatur religioso, ad retinendum eum, & alendum, & tractandum secundum religionis institutum. Vt bene docent Nauar. lib. 3. consil. tit. de regularibus, in priori editione, consil. 5. num. 1. in posteriori, consil. 26. num. 1. Azor lib. 12. institutionum moralium, cap. 4. quæst. 5. sine Deinde, quia nec traditio, nec donatio, perfecta esse valent, aut transferre dominium à donante in donatarium, sola donantis traditione, sed donatarij quoque acceptatio desideratur, vt late probauit lib. 1. disput. 6. num. 2. & sequent. Sic explicant hanc sententiam, Sotus lib. 7. de iust. quæst. 2. art. 4. colum. 6. vers. igitur si opinio, & vers. sed ais. Toledo lib. 4. summa cad. 18. num. 1. Valentia 2. 2. disput. 6. quæst. 6. puncto 5. colum. 4. & sequenti. Aragón. 2. 2. quæst. 88. artic. 7. & nemo negat.

13 Hæc autem acceptatio, per quam transferatur dominium in voto solemniter, non fit immediate à Deo, sed ex Dei commissione, per ministros ab Ecclesia ad id deputatos: atque ita eum votum simplex soli Deo fiat, non inuenitur in eo perfecta ratio traditionis per quam se dominio sui abdicet vouens,

hanc autem acceptationem non fieri immediate à Deo, quauis ubiq; præsentis sit, sic explicat Ripa rubrica. ff. de verb. obligat. nu. 21. & ibi Iacobus Niger, num. 78. ad finem. Barbosa rubrica. ff. soluto matrim. 2. p. num. 93. quod cõsensu, & acceptatio sit, ex diuersis animi motibus, duorum idem sensus. l. i. ff. de passis. In Deum autem nullum accedens, nullusq; animi motus cadere potest. Sed hic explicandi modus minime placet. Quia complacentia, gaudium de bono opere, acceptatio, displicitia de peccatis, in Deum cadunt, absq; ipsius mutatione, & accidenti. Quare legitima ratio est, cur ad votum simplex acceptandum solus Deus concurrat, non autem ad solemnem. Quoniam est valde dissimilis ratio in acceptanda promissione, & acceptanda traditione: nam acceptatio promissionis est solum ex ipsa rei natura perinet, vt promittens maneat astrictus ad standum promissis, recitata potestare, & cura gubernandi rem promissam, eiusq; dominio, penes ipsammet vouentem. At acceptatio traditionis perfecta cum acquisitione possessionis, & domini, ordinatur ex natura rei ad usum rei traditæ, & acquisitæ, eiusque gubernationem: frustra enim est dominium sine usu. Et hinc est Deum nunquam se solo admittere traditionem totalem alienius rei sibi factam, nec usurpare dominium peculiare illius, vltra id, quod illi competit tamquam causæ vniuersali, nisi medijs prælati. Non enim vult vti immediate, & tanquam causa particularis, re aliquo, & eam gubernare. Quod explicatur exemplo: nam idem non admittitur peculiare agri domini, per donationem Deo factam, nullo eius nomine acquiri vti, nec frui agro illo, vt causa particularis, nisi medio aliquo homine. Adde, quia est Deus acceptaret ceteras donationes sibi factas, at noluit in hac re grauisima se ipso immediate acceptare, non interuenienti autoritate Ecclesiæ leges præscriptas, & ea fore legitima. Quod sit status perpetuus, ac valde diffinitus, ac propterea magnam deliberationem petat. Atque ita capite vnicò, de voto, in 6. definitum est hanc acceptationem non esse legitimam, nisi in religione per sedem Apostolicam approbata. Tandem, quia cum perfecta dare, & acceptare, consistant humanum contractum, oportet adesse acceptantem, humano more, sicut adesse donans, vt perfectus, & irreuoçabilis con-

tractus

tractus humanus inear. At Deus præsentis est omnibus rebus, tanquam causa vniuersalis, non tamen tanquam causa particularis more humano acceptans. Et hinc est, vt promissio simplex facta Deo non transeat perfecta in pactum, vt transit facta homini. Hæc enim violare iuxta receptiorem sententiam est iniuritia: secus in voto contingit, cuius violatio soli religio ni aduertatur. Oportet igitur ad perfectam acceptationem, adesse personam visibilem, que vices Dei gerat, & quali ipse procurator sit, habens ab ipso potestatem acceptandi, ipse sui nomine, & vice. Cum autem Pontifex sit, qui vices Dei in terra gerit, eius erit potestatem inferioribus concedere ad acceptandum nomine Dei, & leges præscribere, quibus seruiat, & non aliam acceptatio legitima sit, ac domini translatio in Deum sequatur: vt disponere circa etatem tradentis se, tempus notitiarum, ceremonias in professione seruandas. Ratio autem cur non cui libet committatur hæc potestas acceptandi, ea est. Quod cum tradere hominem voluntatem suam, seq; in perpetuum Dei mancipium alienare, sublata sibi penitus facultate de proprio corpore disponendi, sit res ardua, maximiq; momenti, fieri non debet sine magno iudicio, & examine: & ideo nõ cui libet committenda est, nec quocunq; modo, nec in quacunq; etate, sed in religione approbata, acceptante superiore illius, & ratiõq; nouitatus anno, cõcurreribusq; ceteris per leges Ecclesiæ peritis. His ergo præmissis, sententia tertia, nu. 7. proposita, quam rejicimus, ait essentiam voti solemniter consistere in traditione ipsius vouentis, & acceptatione Dei per ministros ab Ecclesia ad id destinatos: & quauis necesse sit adhiberi quoq; circumscribas ab Ecclesia præscriptas: at diuerso modo concurrunt. Quia natura, & essentia voti solemniter consistit in traditione illa sic acceptata, per quam dominium vouentis perfecta transferatur in Deum, ita vt iam sit Dominus eius, non solum sicut causa vniuersalis, quale ceterarum rerum dominium habet, sed cõparet speciale dominium huius personæ, quod ipsa antea habebat in se, tanquam peculiaris persona, & domina suorum operam, ac proinde redatur incapax per se, & ex natura rei, transferendi dominium in alium. Circumstantiæ autem per Ecclesiam præceptæ, vt legitima, ac valida sit acceptatio, sunt conditiones sine

quibus non essentia voti solemniter consistit. Sicut essentia matrimonij consistit in traditione corporis vnus coniugis per alterum acceptata: conditiones autem, quas Ecclesia postulat, vt valida sit ea traditio: vt fieri coram Parocho, & testibus, in tali etate, ne contrahentes sint consanguinitate, aut affinitate coniuncti, & cetera, sunt conditiones sine quibus non consisteret matrimonium. Quare si quis sponsalia differunt à matrimonio, ita votum simplex, verbi gratia, castitatis à solempni eiusdem. Sicut enim sponsalia consistunt in sola promissione, nec retento dominio, ac facultate valide disponendi, ac proinde valet matrimonium initum spretis illis sponsalibus, quauis postea: at matrimonium consistit in perfecta traditione, & acceptatione, per quam plene transferatur dominium, & tollitur liberitas valide de propria persona disponendi. Ita votum simplex consistit in promissione, retento dominio penes vouentem, & facultate valide disponendi contra votum: at solempne in perfecta traditione, & domini, ac facultatis libere valide disponendi, translatione. Et hanc sententiam sustinet Doctores numer. 7. allegati. Et specialiter ita explicant eam, Valentia 2. 2. disput. 6. quæst. 6. puncto 5. colum. 4. & sequenti. Aragón. 2. 2. quæst. 88. artic. 7. Henriquez lib. 12. de matrim. c. 5. nu. 3. & 4. in vltimo commento, litera. R. Et probatur hæc sententia. Primò, quia contracta sententia relata, num. 2. addeet excellentiam professionis religionis, que tanta est, vt teste. D. Thom. 2. 2. q. 189. ar. 3. ad 3. per illam omnia peccata quoad penam deleatur. Quod idem asserunt. D. Bernard. in lib. de dispensat. & præcepto: & D. Anselmus in lib. de similitudinibus, ad finem. Quare D. Hieronymus Epistol. 2. ad Paulam. Sentit statum religionis esse quasi secundum baptismum. Quia etiam dicitur de heresia sunt, constituta professionis naturam extrinsecò Ecclesiæ statuto, & non potius in perfecta traditione, & omnimoda sui ipsius domini in Deum translatione. Secundo, quia hæc sententia cõspicua est testimonij sanctorum, passim appellationum professionem religionis, mortem spirituales: quod, 8. probauimus. Nã si ita esset professio, nisi consisteret in re nuda, ratione omnimoda domini proprie vnus, corporis, & rerum omnium. Tertio, quia licet homo se vendens potest se dominio

M abdi.

abdicare, & in emptorem trāsferre: ita poflibilis eſt in Eccleſia ſtatus, in quo non ſolum promittitur aliquid faciendū, vel omittendū, ob Dei honorem, ſed etiā totum dominium perſonæ tranſferatur in Deū, conſtituendo ſe ipſius mancipiū, ita ut iam Deus ſit Dominus eius tanquā cauſa particularis, quod genus colendi Deum eſt multo perfectiꝰ mera promiſſione. Ergo reperitur in ſtatu religioſo, quo nullus alius perfectior reperiri poteſt, quoad officium perficiendi ſe ipſum, ſecluſo officio perficiendi alios. Tandem, quia Gregor. XIII. in bulla quæ incipit. Aſcēdente Domino, appellat vota biēnij Societatis Ieſu ſimplicia, & tamen addit ſtatutum, quo ſic vouētēs reddit inhabiles ad matrimoniū: non ergo votum ſolemne differt à ſimplici, ſolo ſtatuto annexo per Eccleſiam voto ſolemni, quo ſic vouens redditur matrimonij incapax. Ex his ergo conſtat votū ſolemne in perfectā traditione conſiſtere, quæ perfectio attenditur in tribus. Primò, in obiecto, quia circa perfectiſſimā obiecta eſt votū ſolēne, nempe, circa caſtitate, paupertatem, & obedientiam. Secundò, in perpetuitate, & independētia ab omni euentu. Terciò, in perpetua incapacitate ex natura rei cuiuſcunq; dominij, & facultatis tranſferendi in alium. Et hæc vltima perfectio nulli voto ſimplici eſt communis.

15 Quod ſi ex hac ſentētia inferat quiſpiā non eſſe veros religioſos, qui in Societate Ieſu vota ſimplicia poſt nouitiatus biennium emiſere. Quod olim ſenſit Nauar. c. non dicatis. n. 15. q. 1. Et videntur ſentire Doctores aſſerentes vota ſolemnia eſſe de religioſis eſſentia. Hi ſunt, Caiet. 2. 2. q. 88. art. 1. circa ſolutionē ad. 4. Angel. verb. religioſus, initio. Sylu. religio. 1. in principio. Armilla verb. religio, num. 1. & ibi Tabiena initio. Sorus lib. 7. de iuſt. q. 5. art. 1. conclud. 8. Et probatur, quia in ijs votis non eſt traditio perfectiſſima, priuans dominio ſic vouentes, ac illud in Deum tranſferens, ut dixi num. 11. ſed ſolo Eccleſiæ ſtatuto redduntur inhabiles ad matrimonium. Sed Doctores huius ſententiæ deſcendūt eos verè, propriè, & ſimpliciter eſſe religioſos. Quod deſinituit Gregor. XIII. in bulla incipienti. Aſcēdente domino. Quæ viſa recantauit palino diam idem Nauar. in nouiori editione, commentario primo de regulariſſimis, num. 19. corollario. 36. Et conſtat, quia de eſſentia ſtatus reli-

gioſi non ſunt vota ſolēnia, ſed eſſe certā vitæ conditionem, qua viuatur in paupertate, caſtitate, & obedientia, voto firmatis, cum quadam immobilitate, & externa egrimoniam, per quā res pateat Eccleſiæ, ſub viuendi inſtituto, approbato tanquā verè religioſo per ſedem Apoſtolicam. Quod reperitur in illis votis. Secundò, quia per ea vota fit traditio, quæ verè reddit perſonā ſubiectam, ac mancipatam arbitrio, & potēſtati ſuperioris: ita ut minimè in poſterum integrum ei ſit, abſq; apoſtoliæ labe ab eo inſtituto recedere: & vota illa acceptātūr à ſuperiore nomine Dei, ex facultate ſedis Apoſtolicæ. Nec obſtat poſſe hos à Societate dimitti, & ſic diſmiſſos manere liberos à votis. Quòd ad ſtatus immobilitatē ſufficiat ipſos ius non habere recedendi propria auctoritate, vt conſtat in triplici ſtatutum genere, qui apud omnes, verè, & propriè ſtatus dicuntur, nimirum, Epilcopi, religioſi profeſſi, & ſeruici: qui omnes in vero, & perfectō ſtatu immobili conſtituti ſunt: quod propria ſponte ab eo reſlire nequeāt, quamuis auctoritate aliena auctari poſſint: nempe. Epilcopos, & profeſſus ex ſummi Pontificis licentia, interuenienti iuſta cauſa, vel in delicti penam: & ſeruus ex Domini voluntate. Nec obſtat etiam doctrina Authorum relata aſſerentium naturā religioſis petere vt vota ſint ſolemnia. Quia reſpondetur cum Valentia. 4. part. diſput. 10. quaſt. 5. de matrim. punct. 3. vbi de impedimento voti, & Henriquez lib. 12. de matrim. c. 5. n. 3. iun. cōmento, litera. N. & n. 6. id quidem deſiderari ad ſummā, & perfectiſſimā ſtatus religioſi dignitatem, in quo ſtatu ſunt profeſſi Societatis Ieſu: ſecus tamen ad veram, propriam, & perfectā religioſi ſtatus rationem, in qua ſunt alij e Societate ſolis votis ſimplicibus aſtricti. Sicut omnes ordines ſacri ſunt verè, & propriè ſacramenta, licet non attingat perfectionem eſſentialem ordinis ſacerdotialis. Ita etiam ſedes Apoſtolicæ diuerſos religioſis gradus à Chriſto inſtitutos approbat, nimirum, perfectiſſimum eum votis ſolem nibus, & non eā perfectionē attingentem, at tamē verum, proprium, & perfectum, cum votis ſimplicibus, in quibus etiam eſt traditio. Ad de antiquos Doctores propterea dixiſſe ad naturam religioſis requiri ſolēnitatem, vt ſignificarent traditionem neceſſariā, quæ iure antiquo non erat ſine votorum ſolēnitatem, at vero poſt conſirma-

tionem religioſis Societatis Ieſu ſine votōrum ſolēnitatem eſt vera perſonæ traditio, per quā Deo mācipatur ac proinde adquiretur verū ſtatum religioſis. Quare bene concludit Henr. eo. n. 3. in cōmento, litera. N. hunc ſtatum religioſis cum prædictis votis ſimplicibus eſſe ex diuina Chriſti inſtitutione. Sed tandē dices non fieri poſſe in ijs votis traditionem reperiri: cū num. præcedenti dixerimus cum communi Doctorum ſententia in voto ſimplici ſolam promiſſionem reperiri, & in hoc diſſerre à ſolemni, in quo eſt traditio. Quia reſpondeo cum Valentia proximè citato, id eſſe verum de voto ſimplici abſtractè, & præciſè conſiderato, ſecundū generalem rationem voti ſimplicis, omnibus votis ſimplicibus communem, at vota ſimplicia Societatis Ieſu continent etiam traditionē quādam, vt num. 11. explicuimus, non præciſè vt ſimplicia ſunt, ſed vt talia ſimplicia. Ex quibus omnibus conſtat eos Societatis Ieſu votis prædictis ſimplicibus ligatos religioſos, non eſſe tales ex Apoſtolicæ priuilegio, ſed verè, & ex rei natura, ac Chriſti inſtitutione. Quia iuxta dicta verus religioſis ſtatus ijs votis ſimplicibus eſt contentus.

16 Hinc primò authores huius ſententiæ inferunt aduerſus primū corollarium ſecundæ ſententiæ. n. 3. relatiū, eſſentiā voti ſolēnis eſſe de iure naturali, & diuino, circumſtantiis autē, quæ accidentales ſunt, & conditiones ſine quibus nō acceptatur ab Eccleſia votū ſolēne, eſſe de iure Eccleſiaſtico. Sicut eſſentia matrimonij eſt perfectè, & integrè, ex iure naturali, & diuino: quāuis cōditiones ab Eccleſia petita, ſine quibus conſiſtere nequit, ſint de iure Eccleſiaſtico. Et hinc ſoluntur pleraq; ex argumentis ſecundæ ſententiæ, ſolū enim probant nō conſiſtere eſſentiā voti ſolēnis in nuda traditione, ſed deſiderari quoq; acceptationem Eccleſiæ. Quod nos, num. 12. faſi ſumus: & in ſuper probant eſſe neceſſarias circumſtantiis ab Eccleſia petitas: quæ verū eſt, nō tanquā partē eſſentiæ, ſed tanquā conditiones ſine quibus non Deus acceptat traditionē, nec Eccleſia eius nomine. Id tamen non concludit eſſentiā voti ſolēnis non conſiſtere in traditione, & haberi ex iure naturali diuino, ſed eſſe ex mera Eccleſiæ inſtitutione. Quia idē prius reperitur in matrimonio (vt partim hic, partim. n. 12. probauit,) cum tamē eius perfectam eſſentiam iure naturali diuino

conſiſtere nemo in dubium vertat. Eodē modo venit intelligendum. c. vnicū, de voto, in 6. dum decernit ſolēnitatem voti eſſe ex ſolo iure Eccleſiaſtico inuentam: nō enim loquitur de ſolēnitatem eſſentialem, ſed accidentalē, & quæ eſt conditio ſine qua non acceptat Deus votum. Et ſic optima eſt ratio in eo textu reddita, nimirum, cū ſolēnitatis voti ſit ex ſolo iure Eccleſiaſtico: id eſt, cū nullum votum poſſit eſſe ſolemne, & habere eſſentiam dirimēdi matrimonij ſubſequeſ, niſi ſolū quòd Eccleſia vt tale acceptat, ſeruatis circumſtantiis per ipſam poſtulat, & ſola vt talia acceptet vota in profeſſione religioſis, & ordine ſacro emiſſa: inde eſt, vt nullum aliud ſit ſufficiens ad irritandum matrimonium ſubſequeſ. Sicut idem poſſet dici de matrimonio, nimirum, cū nullum ſit legitimum, niſi acceptatum ab altero coniuge, ſeruatis circumſtantiis ab Eccleſia ad eius valorem præſcriptis, nullum aliud matrimonij dirimet aliud poſt illud contrahēdū. Et ita hoc corollariū videtur clarè docere. D. Th. 4. diſt. 38. q. 1. art. 2. quaſti. 3. corpore, vbi ait votū ſolēnzari per traditionem factā in manu prælati regularis recipientis, ſeruatis alijs circumſtantiis, quæ ſecundū iura determinantur. Et docent expreſſe, Deza. 4. d. 33. quaſt. vnic. art. 3. notabili. 4. Victoria reſolūtiōe de poteſtate Papæ, nu. 1. in ſolutione ad. 1. Sotus lib. 7. de iuſt. quaſt. 2. art. 5. colum. 6. verſ. ſed ais, & colum. 8. verſ. diſcernito: & 4. diſt. 38. quaſt. 2. art. 1. colum. 4. verſ. quod ergo, & art. 2. in ſolutione ad. 1. Petrus de Soto lection. 5. de matrim. ſ. iam de voto. Couar. 4. decre. 2. p. c. 7. §. 4. nu. 8. Matienço lib. 5. recopil. tit. 1. rubric. gloſſ. 1. num. 70. Aragon. 2. 2. quaſt. 88. ar. 7. Valentia. 2. 2. diſp. 6. q. 6. puncto. 5. colum. 4. & ſequenti. Henriquez lib. 12. de matrim. c. 5. nu. 6. Petrus de Ledema de matrim. q. 53. art. 2. dubio vnicō, in ſolutione ad. 1. Bartholomæus à Ledema dubio. 63. de matrim. paulo poſt. 2. conſuſionem. Ludouicus Lop. 2. p. inſtruct. de matrim. c. 48. in ſolutione ad. 1. & ita intelligendū ſunt Gerſon. 3. p. vbi de conſilijs euangelicis, alphabeto. 67. litera. T. & Ledema. 2. p. 4. p. 69. art. 7. ad finem, vbi ait verè: ſolēnitatem voti eſſe de iure poſitiu.

Secundò inferunt contra. 2. corollariū oppoſitū ſententiæ. n. 4. propoſitū, in voto ſimplici, quo reſ offerunt de præſenti Deo, non inueniri traditionē, ſed nuda promiſ-

tionem (demptis votis Societatis Iesu, de quibus nu. 15. diximus) Diflat autē inter ipsa, & vota de futuro, vt votum ingrediendi religionē. Quod in illis promittitur res ab eo momento implenda, vt dum promittitur castitas, ac proinde ex tunc castitatis violatio est sacrilegia contra votum: in his autem promittitur res in posterum offerenda nimirum, status in quo est promittenda castitas, ac proinde fornicatio non est contra id votum, donec actu castitas Deo promittatur. Ratio est, quia vera traditio, per quam transfertur dominium, consistere nequit absque aliquo acceptante: vt probauit nu. 12. At Deus non acceptat se ipso ita vt transferatur in ipsum dominium, nisi medio homine, vt probauit nu. 13. idq; amplius confirmatur, quia fructus talis voti soli religioni aduersatur. Sed dice, sic id castitatis votum emitti in manu alicuius acceptantis, vt praelati extra religionem approbat. Sed respondeo adhuc esse merā promissionem. Quia promissio illa non fit homini in eius commodum, sed Deo in eius honorem. At praelatus ille non habet potestatem acceptandi à Deo. Et hoc corollarium docent Auctores tertie sententia n. 7. citati.

18 Tertio deducunt contra 3. corollarium oppositae sententiae relatum num. 5. non tantum vinculi esse ex natura ipsa rei, votum simplex, quanti solemnne. Sicut nec in ceteris contractibus sunt eiusdem vinculi, simplex promissio, & traditio. Simplex enim promissio non priuat dominio promittentem, nec efficit vt inualida sit donatio alteri facta: quod secus se habet in traditione. Quod est conforme tertie sententiae nu. 7. propositae: illudq; amplius probabimus disp. sequenti.

19 Quarto deducunt contra 4. corollarium nu. 6. citati, differre specie votū simplex, & solemnne. Quod promissio, & traditio, actus sint specie diuersi, ac suapte natura longe diuersos effectus producant, sicut sponsalia, & matrimonium. Sic docent Sotus lib. 7. de iust. q. 2. art. 5. in solutione ad 1. Aragon. 2. 2. q. 88. ar. 7. ad fin. Manuel. r. tom. fun. 2. edition. c. 53. num. 5. & colligitur ex D. Th. 4. d. 38. q. 1. art. 2. quaestiu. cul. 2. corpore, vbi ait distinguī hae vota, sicut sensitiuum, & vegetatiuum.

20 Quinto explicant, qualiter in voto solemnini inueniatur ratio generica voti, nempe, promissio, & specifica, per quam constituitur in propria specie solemnne, nimirum,

traditio. Quod explicuit Petrus de Leodesma de matrim. quaest. 33. artic. 2. dubio vnico, in solutione ad 6. dicens esse traditionem respectu corporis, & voluntatis ac potentiae possidendi, quae actū sunt in homine, & sunt radices quaedam operationum sequentium, ac ipsas virtute continēt: promissionem vero respectu operationum sequentium. Quia traditio proprie, & in rigore nequit esse, nisi eorum, quae actū sunt. At potest etiam dici traditio respectu operationum, quatenus virtute traditur, traditis earum principiis, & radicibus. Quare merito appellatur professio, traditio totius hominis, si quidem actū per illam traduntur Deo radices omnium operationum, & in virtute operationes ab illis procedentes. Nec haec rationes sibi inuicē aduersantur, cum sint respectu diuersorum, promittuntur enim operationes, & traduntur radices.

21 Sexto deducitur decisio eius quaestiois valde cōtrouerse inter Doctores, an votū castitatis in religione approbata in manu praelati illius emissum, non promissis paupertatis & obedientiae, sit solemnne, ac per consequens per illud dirimatur matrimonium subséquens? Affirmat pleriq; ex Iurisperitis. Quod in aliquibus religionibus emittatur professio, sola obedientia secundū regulam promissa. Item, quia cap. fin. qui clerici, vel vou. decernitur validam esse professionem, ac per eam dissoluit matrimonium, in qua adiectum est pactum, vt proficiens maneat in propria domo, ac propria substantia retenta. Ita sentiunt gloss. cap. ex parte tua verb. propositum, de conuers. coniug. & ibi Innoc. n. vnico, super verb. confirm. mandum. Anton. c. rursus num. 8. qui cler. vel vou. & ibi Praepos. nu. 13. vers. itē modus solemnizandi votum est, quando quis promittit paupertatem, & ibi Alex. de Neouo, num. 2. 1. Anton. Cuc. lib. 5. institutionum maiorum, tit. 12. nu. 23. Addunt Innoc. & Alex. de Neno non sufficere id votum ad dirimendum matrimonium ratum praecedens, nisi tria religionis substantialia vota praemittantur. At dicendum est id votum non esse solemnne, nec per illud dirimi matrimonium subséquens. Quia cap. vnico, de voto, in 6. pertinet ad id, professionem emitti in religione approbata, atque ita vt sit talis, quae verē constituat religiosum. Quails non est haec, vt bene docent Angelus verb. professio num. 1. & ibi Tabiena q. 1. nu. 2. Armilla, nu. 1. Sylu. re-

ligio.

ligio. 3. quaest. 18. & constat, quia religionis essentia petit tria substantialia vota committi, vt probauit nu. 8. & 9. Et ideo hanc partē tuetur Abbas id. c. rursus, in fin. Nec obstant argumenta contraria. Quia in eo voto obedientiae secundum regulam, clauduntur vota paupertatis, & castitatis, quae in ea regula continentur. Nec obstat similiter. c. fin. qui cler. vel vou. quia quauis in eius intelligentia multum elaborentur respectu: at communis interpretandi modus est, in ea professione adfuisse votum obedientiae, erat enim ea femina proficiens habitura in propria domo sub Abbatis obedientia: votum quoq; paupertatis: quia reservatio propriae substantiae erat quoad solum vsu, de licentia Abbatis.

22 Septimo deducitur resolutio alterae quaestiois, nempe, an promissio trium votorum facta in religione approbata, & acceptata per superiorem illius, non obligando se illi religioni, sed religioni in genere, habeat vim voti solemnne dirimentis matrimonium subséquens, an solius simplicis? Et quidem communis Doctorum sententia affirmat. Ducitur per c. constitutione, de regular. in 6. vbi deciditur professioe factam tacite ante sinitum nouitatus annum, per delationem habitus professorum triduo, obligare proficentem, non illi religioni specialiter cuius habitus est susceptus, sed religioni cuiusq; . Atq; ita sentiunt Goffred. sum. tit. de regular. nu. 12. & Hostien. sum. eo. tit. nu. 8. vers. sed quid si ingressus, & tit. qui clerici vel vou. sine. Ioan. Andr. c. consul. num. 7. de regular. & d. c. conit. num. 2. & ibi Anchar. num. 2. notabili. 4. Franc. n. 4. Domini. ibi. §. in alijs. n. 9. Antonius. c. rursus, num. 8. qui cler. vel vou. Abb. c. cum virum, in fine, de regular. Palud. 4. d. 38. q. 3. ar. 5. num. 33. 34. Rosella verb. nouitius. num. 19. Guiliel. de Mōre Lauduno repetitione in clem. repetit. c. ad limin. 30. q. 1. §. 4. nu. 343. q. 127. At dicendum est non habere vim voti solemnne dirimentis matrimonium, sed vim voti simplicis obligatis religioni in genere (intellige ante Trid. & sic intelligitur id, c. constit. post Trid. enim (scilicet de regula. c. 15. Nullam vim etiā voti simplicis habet professio expressa facta, nedum tacite, ante annū nouitatus expletus: vt ibi expresse decernitur.) Et ratio huius sententiae est, quod professio sit contra hoc mutuum, quo religiosus monasterio, & hoc illi obligatur, vt pro-

bauimus, nu. 12. & cum nulla igitur religio ei obligetur, ea professio nullius religionis approbatae potuit esse: quod ad maiorem votū solemnne dirimentis matrimonium pertinet. c. vni. de voto, in 6. Et ideo hanc sententiam amplectuntur Calderinus consil. 26. de regular. Angel. verb. profeci. n. 1. & 2. & verb. nouitius nu. 14. vbi Armill. n. 9. Sylu. religio. 3. q. 1. & 18. Tabien. verb. no uicius. q. 6. n. 7. Nauar. commen. 2. de regular. n. 5. corol. 4. & comment. 3. nu. 44. Anton. Cucus lib. 5. institutionum maiorum, tit. 12. n. 23. Azor lib. 12. institutionum moralium cap. 4. q. 5. fin.

23 Vltimo inferitur, quid dicendum sit de votis Beatarum, & aliquorum fratrum. D. Dominici, & tertij ordinis. D. Francisci. Heremitarum, Equitum ordinum militariū: an sint solemnne, ac proinde sufficiant ad dirimendum matrimonium? De qua re egit lib. 2. disp. 18. nu. 4. 5. 7. 8. Consultantur ibi dicta.

24 Sed vt dicti, nu. 7. in fine nullatenus haec sententia placeat quia minus bene constat cū testimonijs Pontificū & minus bene de sententia constitutione Greg. XIII. n. 2. allegatam, & quod iuxta illam dicitur n. 8. circa fine pugnare videtur directē eū ea constitutione definiens illos, qui retento domino vota post biennij simplicia emittunt esse proprie, & vere religiosos non secus atq; ipsos professos, quod verū non esset si natura status religiosi id peteret, vt nullū referuaretur dominium; praeterea quod n. 11. aliter praedicta sent. 3. esse duplicem traditionem, alteram per se dissimam, alteram autem minus per se ita: pugnare etiā videtur cū dicta constitutione Greg. XIII. quia haec traditio diuersitas, manifestā traditionum diuersitatē specificā denotat, quia per eam alteram professus priuatur ex natura rei quodam corporis dominio, quo non priuatur non professus, quod si huiusmodi traditiones essentialiter differant, palam sit essentiam status religiosi, quae per traditionem cōpletur essentialiter imperfectiore esse, & diuersam in ijs Societatis Iesu religiosi, qui sola vota simplicia emittunt, quos tamen dicta constitutio Gregor. XIII. esse proprie esse religiosos non secus atq; professos cuiusq; religionis: tandem quia male explicat praedicta sententia. 16. de cretu in Bonifacij. c. vnico de voto in 6. alferens solemnitate voti esse de solo iure Ecclesiastico inuentam, esse intelligendū de sola solemnitate

accidentali, & non de essentiali, quod responsum aperte aduersatur definitioni Gregor. XIII. in dicta constitutione, qui dum refert errorem eorum, qui male interpretati fuerant priorem ipsius constitutione, & dixerant eos, qui non sunt professi per vota solemnia non esse vere religiosos, ait eos id dixisse non considerantes voti solemnitatem sola Ecclesie constitutione inuentam esse: at illi theologi contra quos Pontifex loquebatur, satis considerauerant solemnitatem voti accidentalem esse ab Ecclesia inuentam, atque id ad decretum Bonifacii responderant, quod decretum illi sibi in suis scriptis obiecerant, atque horum responsum Gregor. XIII. vidit in

eisdem scriptis: ergo constitutio Gregor. XIII. de solemnitate: etiam essentiali intelligenda est, atque eodem Gregor. XIII. interpreti decretum Bonifacii de illa eadem essentiali solemnitate intelligi debet, & ex ijs patet: solutio ad argumenta contraria proposita, numero decimo quarto pro tertia sententia, quam reprobauius, cum ex his, & dictis, numer. 21. confiter eius fundamentum non esse solidum. Sextum tamen, septimum, & vltimum corollarium aduata numer. vigesimo primo, vigesimo secundo, & vigesimo tertio, vt sunt verissima iuxta omnem sententiam amplectenda sunt.

DISPV. T. VIGESIMASEXTA.

Quo iure votum solemnne in professione religionis emissum, matrimonij contractum postea initum dirimat?

SVMMARIVM.

Matrimonium subsequens est irritum, post religionis professionem, num. 1.
Refertur sententia afferens id esse ex iure Ecclesiastico, num. 2.
Refertur alia sententia, num. 3.
Proponitur sententia Auctoris, num. 4.
Soluntur argumenta, num. 5.

In hac disputatione illud certissima fide tenendum, prout tenendum est, nimirum, matrimonium subsequens solemnem religionis professionem esse irritum. Sic enim definitur in concilio Toletano. cap. 16. & Toletano. 4. canon. 57. Toler. 8. can. 6. Chalcedonensi, can. 16. Ferouliensi, can. 2. Turonic. 2. can. 16. Triburien. can. 23. & a Siricio Pontifice Epistol. 1. cap. 6. Innocen. 1. Epistol. 2. cap. 12. & 13. Gelasii. Epistol. 1. cap. 22. & 23. Gregor. 1. lib. 1. Epistol. 40. Alexand. 3. & refertur capit. meminimus, qui cler. vel vou. Innocen. 3. & refertur cap. finali, eodem tit. Bonifacio. 8. & refertur capit. vnic. de voto, in. 6. & nouissimè veritas hæc definita est in Trident. session. 24. de matrimon. can. 9. & eandem veritatem docuerunt sancti Patres. D. Cyprianus lib. 1. Epistola 11. ad Pomponium. D. Basilius lib. de vir-

ginitate, pauld' ultra medium. D. Ambrosii. lib. ad virginem lapsam cap. 15. D. Chrysi. epistol. 6. ad Theodor. D. Hieron. lib. 1. in Iouinian. Idq; latissimè aduersus hereticos nostræ tempestatis, eorum rationibus confutatis, defendit Bellarmin. in suis controuersijs, lib. 2. de monachis, cap. 22. & conuenientissimum quidem est. Quod religionis statu imperfectiori relicto, ad perfectiorem transeant, magna deliberatione præmissa, & annua probatione, ac publice populo spectante se Deo per vota consecrarint: æquum igitur fuit, vt saltem Ecclesia prouideret eos non posse validè matrimonium postea inire, ne daretur anfa descendendi ad statum imperfectiorem, & ex priori fide violata, scandala pullularent.

Difficultas autem non modica est, quo iure id matrimonium sit irritum? Quidam enim existimant solo iure Ecclesiastico id statutum esse. Duguntur primò, quòd nulla sit ratio cogens affirmare id iure naturæ inductum esse. Quia traditio rei, vel personæ ex iustitia descendens, est alterius rationibus ab ea, quæ ex religione existit, neque hæc duæ traditiones suapte natura repugnant: nec vna alteram expellit: vt manifestè constat. Coniugatus enim potest de licentia alterius coniugis validè profiteri: & sine licentia, altero adulteran-

teve infra lare declarabimus: & tamè non dissoluitur prior traditio: cum vinculum matrimonij perseueret. Ergo ex eo quòd irritum matrimonium consistit in traditione, non sumitur efficax ratio ad concludendum traditionem postea factam per contractum matrimonij esse irritam. Et confirmatur, nam seruius, & matrimonium simul consistunt, cum tamen seruius sit prius domino traditus, & sub eius possessione. Traditio igitur diuersæ rationis sunt. Secundo, quia manente eadem prorsus voti solemnitate, potest Ecclesia statuere, ne dirimat matrimonium subsequens. Cum enim solus quidam voti solemnis effectus impediatur, nil profusus essentia, & solemnitate, qua nunc gaudet, amittit. Tertio, quia antiquitus professio non dirimebat matrimonium subsequens, vt constat, quia. D. Cyprianus Epistol. 1. ad Pomponium, rogatus de virginibus, quæ post castitatis votum nupserrant, quid faciendum esset, non eas separari præcepit, sed publicam agere penitentiam. Et D. Augustin. lib. 9. de bono vidui tatis cap. 9. & 11. probat falsam esse sententiam dicentium non esse vera coniugia virginum post castitatis votum nobentium. Et in concilio Aneyrano cap. 19. & refertur cap. quòt quot. 27. quæst. 1. & Elbertino, can. 13. & refertur cap. virgines. 27. q. 1. & Chalcedonensi, canon. 15. & refertur cap. si qua virgo. 27. quæst. 1. virginibus saceris, quæ post votum continentie nubunt, potest indicitur, nec tamen à nuptijs separari iubentur. Signum igitur est, eo tempore nondum legem Ecclesiasticam editam esse, irritantem ea matrimonia: atq; ita actento iure naturali, & diuino valida fuisse. Quarto, quia votum solemnne non irritat matrimonium subsequens, quia ratione votum est, aliàs omne votum irritaret: sed qua ratione est solemnne. Cum igitur solemnitas sit ex iure Ecclesiastico cap. vnic. de voto, in. 6. solo iure Ecclesiastico irritabit. Quinto, quia nec sola traditio, nec sola extrinseca caritonia ab Ecclesia statuta, & eius acceptatio, constituunt votum solemnne, sed sunt duæ causæ partiales, & traditio habet rationem generis, & materia: cætera autem differentia, & formæ sed res non à genere, & materia, sed à differentia, & forma sortitur proprietates, vt homo esse inuisibile. Ergo votum non dicitur solemnne à traditione, sed ab acceptatione, & caritonia Ecclesie, & ab illa fortietur

proprietatem dirimendi matrimonij. Sexto, quia in votis simplicibus bene Societatis Iesu est vera traditio, & acceptatio: vt nuper definiuit Gregor. XIII. in bulla, quæ incipit, Ascendite Dominor: & tamen ea vota non irritant matrimonium subsequens iure naturæ, sed virtute illius constitutionis Greg. XIII. irritantis. Non igitur quòd votum solemnne consistit in traditione, arguit irritari per illud, matrimonium. Tandem hæc sententiam probant omnia argumenta allata disp. præcedenti, numero 2. ad probandum, votum solemnne fecerit à simplicibus, sola Ecclesie irritantis matrimonium postea initum constitutione. Et ideo hæc sententiam tueruntur, gloss. c. 1. verb. sub testimonio, ad fin. 27. quæst. 1. & cap. rursus, quia cler. vel vou. verb. apud Deum vbi Ioan. Andr. numer. 8. Hostien. numer. 2. Anton. numer. 7. Abbas numer. 6. Cardin. numer. 3. quæstio. 2. Anchar. numer. 3. Henric. numer. 3. & 7. Alexander de Neuo numer. 10. & 11. & capit. meminimus, numer. 3. eodem tit. Idem Hostien. in summa tit. qui clerici, vel vouent. quis uouens, numer. 4. versic. tu dicas. Gostredus summa, eo. tit. num. 8. gloss. cap. vnic. in casu positione, notabili. 1. de voto, in. 6. & ibi Ioan. Andr. numer. 1. Archid. numer. 2. Dominicus, numer. 10. Anchar. numer. 2. notabili. 3. Fran. num. 11. notabili. 2. idem Archid. cap. fin. numer. 1. & 2. 27. d. & c. 1. n. 4. & 6. 27. q. 1. Card. elem. vnic. n. 19. q. 24. de consanguin. Assensum sum. 2. p. lib. 8. tit. 19. art. vnic. q. 1. Resol. verb. ini pedim. impedim. 4. n. 2. Angelus matrim. 3. impedimento. 5. initio. Brunellus de spò salibus, concl. 31. in. 1. & 2. Caetera repetitur ad limina. 30. q. 1. 5. 4. q. 19. 4. 464. & 465. Et ex Theologis, Scotus. 4. d. 3. q. vnic. ad finem, vbi Ricardus. 7. q. 1. in solutione ad. 3. in fin. Palud. lib. 4. q. 4. art. 4. ad finem num. 24. & concl. in. 49. Supplementum Gubrielis. q. vnic. art. 3. 8. circa nunc dicta occurrit dubia, post dubium. 3. conclus. 4. Albertus Pignus in suis controuersijs, controuert. 15. ad finem. Gaudauo quodlibeto. 4. quæst. 38. Henricus quo liberto. 11. q. 25. Gerfon. 1. part. de regulis moralibus, tractatu de matrim. alphab. 25. littera. I. Altiliodorensis lib. 3. sue summa. tractat. 28. c. 2. q. 3. quæ incipit, de simpliciter o. vers. propter hoc dicimus. Abul. cap. 30. Numerorum. q. 19. in solutione ad. 1. Caetera. 2. 2. quæst. 88. art. 7. dubio. 1. 6. quantum verò ad secundam, Aluarus Pelagius de plæto

Ecclesie lib. 1. art. 46. Guillelmus de Rubion. 4. dist. 3. 8. quest. 1. art. 1. & ibi Guillelmus Vorriolus q. vnica. artic. 1. concl. 1. in fine. Nicolaus de Orbellis. ibi. q. 1. 4. 5. Palacios ibi. disput. 2. concl. 3. Quandus ibi. quest. vnica. propositione. 16. Nicolaus de Niisa super. 4. sententiarum. part. 6. tract. 3. de matrim. quest. 7. concl. 2. Veraeruz. 1. par. speculi. art. 3. 1. conclus. vnica. Metina de sacrorum hominum continentia. lib. 4. controver. 7. c. 22. & multis sequentibus. praeiudic. c. 3. paulo post principis. Stunica de voto. q. 6. n. 116. Angles Floribus. 1. p. vbi de matri. q. 11. de impedimento ordinis. art. 3. difficultate. 1. Mozzius de matri. rit. qui matrimonium contrahere possunt. nu. 12. Vgolinus de sacram. vbi de matri. c. 19. nu. 4. Hieronymus Plati lib. 2. de bono statu religio. c. 21. sine. Azor lib. 12. institutionum moralium. c. 6. q. 3. & dicit esse probabile. neutram partem definens. Bellarminus in suis controver. lib. 2. de Monachis. c. 34. columna antepenultima. in solutione ad. 1. Et idem Azor eo. c. 6. q. 4. dicit similitur solo iure Ecclesiastico reddi professam per votum pauperatis. solumne. inhabilem ad acquirendum rei suae cuius dominium. & ad transferendum illud in alium.

3. Alij vero consentiunt non ex iure naturali. sed ex diuino positioe cōsurgere. Ita Almain. in suo tractatu de potestate Ecclesie cap. 15. Dicitur ea ratione. quod nil refert. a votum solumne prius ne matrimonio sit. an posterius. cum igitur votum solumne posterius matrimonio contummaro. illud non dirimat iure naturae. & ex vi sua. non dirimet quocumque. quando votum solumne est prius matrimonio. sed id habebit ex iure diuino positioe.

4. Tertia sententia ait. votum solumne professionis religionis ex vi sua. ac iure naturali diuino vim habere matrimonium postea in initum irritandi. secluso quocumque iure Ecclesiastico. Dicitur. primò ex decreto Syriaci Pontificis Epistola. 1. c. 6. & refertur cap. si quis sacro. §. si quis sacro. §. velate. 27. questio. 1. vbi ait contrahentes post votum solumne separandos esse verbo Domini. & auctoritate canonica. Non ergo solo iure Ecclesiastico. sed diuino quocumque. id matrimonium est irritum. Et confirmatur. quia Tridentinum sess. 24. de matrimonio. canon. 9. sic ait. Si quis dixerit clericos in sacris ordinibus constitutos. vel regulares castitatem solumner professos posse ma-

rimonium contrahere. contractumque validum esse. non obstantes lege Ecclesiastica. & voto. anathema sit. Vbi videtur lex Ecclesiastica referri ad sacros ordines. votum verò ad professionem: quasi ex natura huius voti sit. ut matrimonium postea contractum dirimat. Secundo. quia iure naturae res vni tradita. inualidè traditur alij. Nemo enim transferre potest in alium. quod iam non habet iuxta regulam traditam. c. quod autem. de iure patron. per votum solumne religioni transferatur dominium personae in Deum. ita ut iam non habeat religiosus dominium sui corporis quasi acceptante votum solumne: ut probauit disp. praecedenti. num. 7. & 14. ergo iure naturae est irrita translatio dominij in coniugem per matrimonium. Et confirmatur. quia haec ratio est iure naturae irritatio matrimonij subsequens penitentiam ex Ecclesia quasi acceptante votum solumne. at id non obstat. quo minus vbi acceptauit. dicendum sit. non ex iure Ecclesiastico. sed ex ipsa rei natura dissolui matrimonium postea subsequens. vt institutio praebenda Ecclesiastica ex auctoritate Ecclesiae ortum habet. at illa institutione supposita. est contra ius naturale diuinum. illam vendere. Similiter contra ius matrimonij pendet ex alterius coniugis acceptatione. at ea praemissa. dissoluit vi sua. & iure naturae alium matrimonij contractum subsequens. Et ratio est. quia auctoritas Ecclesiae non cōcurrit. quasi ita tueris dirimi matrimonium post in initum. sed quasi acceptantis: vt in matrimonio cōsentus alterius coniugis. Sed respondebis traditionem per contractum matrimonij. non pugnare cū traditione per professionem: vt clarè probat primum argumentum oppositae sententiae relatum. nu. 2. At quādo duo vincula non ita repugnant. quin simul stare possint. vnum suapte natura non expellit alterum. At solutio haec non exhaerit difficultatem. Quia vinculum matrimonij in fieri. id est. quoad sui initium ita aduerfatur professioni religionis praecedenti. vt nullatenus simul consistere possint: secus in facto esse. id est. postquam semel est legitime in initum matrimonium. tunc enim potest stare cū professione valida. Ratio discriminis ea est. quia non potest validè iniri matrimonium absq. plena transla-

tione

tionem potestatis corporū. & iure. ac potestate vtendi illo. & obligatione mutuo cohabitandi: vt probauit lib. 5. disp. 10. num. 2.) que translatio. & ius aduerfatur è diametro professioni. vt pote que plenè transferat dominium corporis professi in Deū. cum obligatione perpetua abstinedi à qui busvis venereis. & vsu coniugali: atque ita suapte natura obstat professio matrimonij validè in eūdo. At postquam semel legitime contractū est matrimonium. cum plena hac translatione potestatis. & iuris. potest matrimonij essentia permanere. amissio iure vsus corporis. & cohabitationis (vt dixi eadem disp. 10. num. vltimo. in solutione ad vltimum.) Et constat. quando alter adulteratur: vel alter ex coniugis licentia proficitur. Et proinde cum tunc cessent quae directè pugnant cum professione. potest validè professio emitti. Ex his ergo constat has traditiones non omnino: secum ita pugnare. in facto esse. id est. quando professio est posterior matrimonio iam in iro. quia simul aliquando consistere possint at pugnare quidè profus in fieri. quando professio praecedit matrimonium in eundem. & hoc suapte natura. ex vi traditionis prius factae Deo per professionem. Concluditur igitur suapte natura. secluso quocumque iure Ecclesiastico. professionem praecedentem impedire valorem matrimonij subsequens. Et ideo hanc partem tuerunt. D. Thom. 4. d. 38. quest. 1. art. 3. quest. 1. c. 3. corpore: & ibi. D. Bonauen. artic. 2. quest. 1. Duran. quest. 1. in fine corporis. Maioris quest. 14. conclus. 1. c. 1. Capreolus. 4. d. 33. quest. vnica. artic. 1. concl. 1. Sotus lib. 7. de iust. q. 2. art. 5. colum. 7. versic. sed interrogas. & 4. d. 38. quest. 2. art. 2. colum. 4. versic. & vt claritatis gratia. Petrus de Soto lect. 5. de matrim. ad finem. Caietan. tom. 1. opus. tractatu. 27. de dispensatione matrimonij in occidentali Ecclesia. quest. vnica. §. vide

tur autem mihi. Victoria refectione de potestate Papa. num. 1. in solutione ad. 1. Ledesma 2. par. 4. quest. 35. art. 2. fin. Vique-rius libro institutionum cap. 16. §. 7. vers. 9. impedimento. 3. Stunica de voto. quest. 4. num. 25. Henriquez lib. 12. de matrim. cap. 5. numeri. 2. sine. & numer. 3. initio. & num. 7. in fin. Valentia. 2. disp. 6. quest. 6. puncto. 5. colum. 3. §. est igitur. & col. 4. §. altero igitur modo: & §. penultim. & in 4. part. tract. de matrim. disput. 10. quest. 5. puncto. 3. in impedimento vesti. Aragon. 2. 2. quest. 88. art. 7. columna antepenultima. §. mihi ex his duabus. Petrus de Ledesma de matrim. quest. 53. artic. 2. dubio vnico. conclus. vnica. Bartholomaeus à Ledesma dubio. 33. de matrim. conclus. 2. Ludouicus Lopez. 2. par. instruct. de matrim. cap. 48. in solutione ad. 1. & dicit esse probabile Veracru. 1. par. speculi. ar. 31. sine. & Bellarminus numer. 2. allegatus. Et idem tenent ex Iurisperitis. Turrecrem. cap. presbyteris. num. 1. d. 27. & c. 2. art. 2. num. 4. & art. 3. num. 6. 27. quest. 1. Tabiona. verb. dispensatio. quest. 7. nu. 8. in solutione ad. 1. & verb. impedimentum. impedimento. 2. numeri. 5. Couarrub. 4. de reat. 2. par. cap. 17. §. 4. num. 7. Alexander Carverius lib. 3. de sponsalibus cap. 6. fin. Matien. lib. 5. recapit. tit. 1. rubrica. gl. 1. numer. 70. Barbosa in b. r. c. si soluto matrimonio. 2. par. numer. 98. Vega. 2. com. sum. ma. cap. 57. casus. 16. Ex his sententijs prima omnino. amplectenda est. dicendumque solo iure Ecclesiastico dirimi matrimonium. Vt supra disput. 25. iuxta decreta Pontificum tanquam firmiorum. & probabiliorum sententiam defendimus.

Ad argumenta autem contraria. numer. 4. proposita facilis est solutio ex dictis disput. praecedenti. & ex dictis. numer. 2. & latissime videri possunt argumentorum responsa in Michael Medina allegato. numer. 2. in odium. vni. cap. 1. in fine. & in fine. vni. cap. 1. in fine. & in fine. vni. cap. 1. in fine.

DISPUT. VIGESIMASEPTIMA.

An ordini sacro sit iure diuino annexa continentia: & obligatio ad illam sit ex voto annexo. an ex sola Ecclesiae lege: & in quo essentialiter voti illius solemnitas consistat?

S V M M A R I V M. | Continentia est annexa ordini sacro. & conuenientissime. nu. 2.

Hac